Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8158
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

iudiciorum lites inchoare: conten-
tiones sequestrare: societatem
pacisci: uxori iungi. Ultra
facies est ei adversa invidia
nichil in ea fieri debet.

Scorpio

Luna cum fuerit in Scorpione
in omnibus partibus quere
iudiciorum lites incipere: conten-
tiones regulare: societates
pacisci: emere aut vendere
medicinas purgativas sumere.

Sagittarius

Luna cum fuerit in prima
aut secunda facie Sagittarii
utile est querere cum iunioribus
cum hominibus venereis et hastilibus
mortuorum causas et hereditates
suscipere. In tercia facie bonum
est incipere itinera longa: ius-
ticiam petere: nuncios mittere:
sapientiam et philosophiam inquirere
et religioni intendere.

Capricornus

Luna in prima facie et secunda